ille processerat Interim per:
aggerem publicum plena
militaribus iuris fiscalis
rheda veniebat Sed ubi
martinum in veste hispida
nigro et pendulo pallio
circumtectum contigua dela:
tere iumenta viderunt pau:
lulum in partem alteram pa:
vefacta heserunt Deinde fu:
nibus implicatis protentos
illos quibus ut sepe vidistis
misera illa animalia con:
globantur ordines misture:
runt Dumque egre expedi:
untur moram ferre propera:
tibus Qua permoti mini:
stri militantes precipitatis
in terram saltibus se dederunt
Deinde martinum flagris ac
fustibus urgere ceperunt Eum
quidem ille mutus et incre:
dibili paciencia prebens
terga cedentibus maiore
insania infelicibus commo:
veret, magis exhor frem:
tes quod ille quasi non sen:
ciens verbera inflata con:
temneret Illos illico con:
specti fede cruentatum atque
in universa corporis parte
lamatum cum exanimis in
terra procubuisset invenimus

Statimque eum asello
suo impositum ac locum ce:
dis illius execrantes
raptim abire properavi:
mus Interea illi regressi
ad rhedam sua furore sa:
ciato agi quo ire ceperat
iumenta precipiunt Que
cum omnia solo fixa ac si enea
riguissent tollentibus altius
vocem magistris flagris
hinc atque inde resonantibus
nichil penitus movebantur
Consurgunt deinde omnes
pariter in verbera consumunt
gallicas mularum pena ma:
stigias tota rapitur silva
de proximo trabibus iu:
menta tunduntur Sed nichil
penitus seve manus age:
bant Uno atque eodem in loco
stabant fixa simulacra
Quid agerent infelices
homines nesciebant nec
iam ultra dissimulare po:
terant quin qualibet brutis
pectoribus agnoscerent di:
vino numine se teneri
Tandem ergo ipsi regressi
ceperunt querere quis ille
esset quem in eodem loco an
paululum cecidissent Eum
percontantes cognoscunt
exquirentibus martinum